

Canale, Floriano. Vesperarum in omnes totius anni festos dies, necnon Completorij pro tempore, quinis, vel quaternis tantummodo, si libeat, vocibus decantande . . . Venezia. eredi di Girolamo Scotto. 1575. Not listed in RISM.

**Title:**

*PSALMODIA  
FLORIANI CANALIS  
BRIXIANI,  
Vesperarum in omnes totius anni festos dies, necnon  
Completorij pro tempore, quinis, vel quaternis  
tantummodo, si libeat, vocibus  
decantanda.  
Nunc primum in lucem edita.  
[Printer's mark]  
VENETIIS.*

---

APVD HÆREDEM HIERONYMI SCOTI.  
M D L XXV.

**Dedication:**

REVERENDO IN PRIMIS ET | OBSERVANDO PATRI D. JACOBO | *Lebetio Ferrariensi*  
*Canonico regulari D. Augustini, familiæ | Diui Salvatoris D. Florianus Canalis Brixianus*  
*| ordinis eiusdem, & familiæ Canonicus S.P.D. | [orn.] |*

*VT otium, & inertiam fugerem, quod cum virtutis cultoribus omni|bus, tum religioso  
cuiq; ac probo viro faciundum semper putaui, cæ-|pi multos iam ante annos, quæ mihi  
potissimum, vt id efficerem, ineun|da ratio esset, mecum ipse diligētissime cogitare. Et  
quoniam ingenium meum in nobiliſimam ſuauiſimæ Muſices disciplinam haud mediocri-  
|ter propensum ſentiebam, facile in eam duc̄tus ſum ſententiam, vt quod | mihi tempus à  
rebus diuinis, ac literarum ſtudijs ſuperereſſet, id omne | in muſicis iuſumere, & aliquando  
defatigatum grauioribus curis animum his quaſi ho-|neſtis quibusdam luſibus relaxare  
ſtatuerim. cumque toto huc peſtore incumberem, & diu, | multumque in hac palestra  
iufudaffem, vſus interim cum alijs non ignobilibus magiſtris, | tum vero Adriano illo  
Muſicorum omnium noſtræ memoriae facile principe, qui me vti fi-|lium ſemper, dum in  
humanis egit, & plurimum dilexit, & diligentissimè docuit, quid tan-|dem in eo ſtudiorum  
genere, quantumuè [sic] profecifim, experiri vt cunque volui, illud in-|terim Iuuenalis  
ſæpenumero memoria repetens. |*

*Semper ego auditor tantum? nunquam ne reponam? |*

*Ac primum quidē cantiunculas neſcio quas præluſi, deinde Cantica plura, et varia partim |  
quaternis partim quinis diſtincta vocibus cōposui. Cūq; res belle mihi ſub manibus  
cedere | videretur, & iam Symphoniā meam peritioribus, & mei amantioribus non omnino  
asper-|nandā cenſeri, nec illibenter à plerisq; cani animaduerterem, nequid ipſe mihi*

forte in Dei | munere deessem, maiora deinceps, ac meliora aggredi non dubitaui, & ad  
*Psalmos Daui-|dicos animum appuli: ex quibus quoſcunq; festis totius anni diebus in  
 vespertinis horis, | atq; Completorio canere ſancta confueuit Ecclesia, exceptos musicis  
 itidem notis commen-|daui, tonos ferè omnes quinque vocibus complexus, sed ea tamen  
 ratione conformatos, vt | quaternis nihilominus concinne canendo efferre ijdem poſtint  
 omnes, ſi quando vel legitimus cantorum deficeret numerus, vel quaternaria magis  
 modulatio deleat: quod vtiq; | canendi, aut componendi genus haçtenus, quod ipſe  
 ſciam, attigit nemo. Cum verò nouos | hosce musicos conceptus meos effudifsem, nihil  
 mihi potuis fuit, quam vt eos experiendæ | rei cauſa cum amicis quibusdā & familiaribus  
 meis artis eiusdem gnaris viris, & conſerrem et canerē, inter quos primus, atq;  
 præcipiuus fuit Musis dilectus Franciscus Luciascus | ciuſis, & idem amicus tuus, quē ego,  
 vel te Pater optime iudice nullis, qui voce ſimul, & or|gano hac noſtra tempeſtate  
 excellant, inferiorem, multis etiam ſuperiorem dixerim: quod | cum ſaepius feciſſem,  
 omnes, præſertim Luciascus ipſe, eosdem modos meos nedum probare, | ſed (quæ illorum  
 humanitas fuit) celebrare, & à me, quamprimum in ſuam, & aliorum | gratiam, qui  
 musicis, & eccleſiaſticis choris vacarent, vt emitterem flagitare. At ego id | primum  
 negare, excuſareq;: quod cantus eiusmo di alios his noſtris meliores, ac ſuauiores | præ  
 manibus haberent Symphoniaci homines, illud mihi operæ pretium futurum, ſi noſtris |  
 hiſce quibuscunq; laboribus turpi à laribus noſtris otio profligato, honeſte, religioſeq; vi  
 tam in virtute tranſigerem. Cæterum cum rurſum pluribus, ac varijs rationibus, præſer  
 tim nouæ inuenitionis argumento vehementius ijdem vrgerent, atq; amantius lacesce  
 rent, ac ne ita quidem perſuaderent omnino, ſed adhuc ipſe hæſitarim, & quid faēto opus  
 eſſet ambigerem, optima ea tandem mihi ad deliberandum viſa eſt ratio, vt Lebetium, te |  
 inquam, iſpum vnum de hac re tota conſulerem. Itaq; mihi ad te Ferrariam ſuperioribus |  
 menſibus Psalmos iſpos te imprimis orans, & pro tua dignitate, proque meo ſingulari in te  
 amore, & obſeruantia obt. ſtans, vt quid de ijs ſentires, quidque mihi cum amicis, agen  
 dum de editione cenſeres, liberè, atque ingenue literis tuis ſignificares. Incredibile enim  
 propemodum eſt, quanti te faciam, quamq; de tuo elimatissimo iudicio, perpetuaque vel  
 in | me beneuolentia, vel in ſtudioſos omnes humanitate tua confidam. Id vero cum  
 feciſſes, & | reſponſum ego à te vti grauiſſimum, ita gratiſſimum mihi accepifſem, Dignos  
 nimirum, | qui in lucem tandem aliquando proferrentur, Psalmos, eamque ab amicis, ac  
 bonis omni-|bus gratiam ineundam omnino videri, confilium illico exequendum mihi tuum  
 putaui: | eos itaque, qualescunque ſint, edidi, & tua ſub tutela emiſos perlibenter edidi, vt  
 præſidio | iſto freti ita hominum cætus non effugiant, vt ne malorum quidem, ac  
 inuidorum aculeos | reformident. Quod ſi primos hosce fœtus meos ſicuti tibi, & amicis,  
 ita cæteris placere | intellexero, meliores poſthac, quos ima nunc parturio, & gratioreſ  
 Diuſis bene iuuantibus | pariam. Nam Reſponſa verſuum Psalmorum eorundem breui typis  
 mandabo, vt binis | choris eodem ſub tono alternis integre decantari queant. Hos autem  
 tu interim laeta (vt | amicorum ſoles omnia) fronte accipe, benigneque protege, ac foue,  
 meque tibi, tuæ que vir-|tuti perpetuò addictum, perpetuo commendatum habe. Vale.  
 Iguuij ex œdibus D. secundi, pridie Cal. Decembris anno Domini. 1575. |*

## Contents:

Domine ad adiuuandum  
 Dixit Dominus Oêtaui toni [odd verses]  
 Confitebor tibi Tertij toni [odd verses]  
 Beatus vir Sexti toni [odd verses]  
 Laudate pueri Quinti toni [odd verses]  
 Laudate Dominum Quarti toni [odd verses]  
 Credidi propter quod Tertij toni [odd verses]  
 De profundis clamavi Quarti toni [odd verses]  
 In exitu Israel [odd verses]  
 Lætatus sum Tertij toni [odd verses]  
 In conuertendo Secundi toni [odd verses]  
 Nisi Dominus Sexti toni [odd verses]  
 Beati omnes Quarti toni [odd verses]  
 Memento Domine Dauid Primi toni [odd verses]  
 Confitebor tibi . . . quoniam Secundi toni [odd verses]  
 Domine probasti me Oêtaui toni [odd verses]  
 Laudate Dominum Quarti toni [odd verses]  
 Nisi Dominus Secundi toni [odd verses]  
 Lauda hierusalem Primi toni [odd verses]

## Completorium

Cum inuocarem Oêtaui toni [even verses]  
 In te domine sperauit [even verses]  
 Qui habitat [even verses]  
 Ecce nunc [even verses]  
 Miserere mihi domine  
 Procul recedant somnia Himnus [2<sup>nd</sup> verse only]  
 In manus tuas  
 Nunc dimittis Tertij toni [even verses]  
 Salua nos  
 Alma redemptoris mater  
 Aue regina cœlorum  
 Regina cœli lætare  
 Salue regina

**Part-books:**

<i>CANTVS</i>	A-B <sup>4</sup> , C <sup>6</sup>	28pp. Dedication. No Index.
<i>TENOR</i>	D-E <sup>4</sup> , F <sup>6</sup>	28pp. Dedication. No Index.
<i>ALTVS</i>	G-H <sup>4</sup> , I <sup>6</sup>	28pp. Dedication. No Index.
<i>BASSVS</i>	K-L <sup>4</sup> , M <sup>6</sup>	28pp. Dedication. No Index.
<i>QVINTVS   SI PLACET</i>	N-O <sup>4</sup> , P <sup>6</sup>	28pp. Dedication. No Index.

**Remarks:**

Quarto format. Intonations in Tenor part-book. Copy consulted: **PL-Kj**. Not listed in RISM.